

5-3-1.096. Jimena Adefónsez, sus hermanos Cet y Gonterodo, sus hijos y sobrinos, donan al monasterio Salvador de Nogal (Carrión) que estaba unido a Sahagún, sus monasterios de Santa Engracia y San Esteban de Riaño, con las propiedades del mismo: dos, en Laguna; otra, en Soto, junto al puerto de Veza; otra, en Amieva; otra, en Sajambre; la de Cet, Jimena y Monio en Vega, cerca de Pereda; otra en La Puerta, en Riaño; otra, en Villaverde, cerca del Esla.

Cet y Gonterodo, según lo pactarón con el prior Bernardo, recibiran sustento del monasterio de San Salvador mientras duren sus vidas; y al tiempo que confirman la donación antedicha, excluyen las villas de La Puerta, Villaverde y Villa Vega, de las que podrán hacer lo que quieran.

A. H .N., clero. Bec, Sah., f. 138v-139.

TESTAMENTUM DE SANCTUS ENGRATIE IN UEICA IUSTA PERETA, IN PORTA DE RIANNO, DE UILLA UERDE.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego domna Xemena, un cum sororibus meis Zet Adefonsiz, Conterote Adefonsiz, cum filiis et cum sobriniis nostris, facimus // textum scripture, pro remedio animarum nostrarum seu pro anima patris nostri Adefonso Gunsaluiz, de monasterio nostro Sanctus Engratia necnon Sancti Stephani, cum suas diuisas: in Lacuna, duas diuisas cum hereditatibus suis, terris et uineis. In Sauto, iuxta Porto de Ueza, alia diuisa cum terris et pratis, ac suis pumariis, exitus et bustariis, ab integro. In Amieva, alia diuisa cum omni hereditate sua, ab integro. In Saliarne, alia diuisa cum omni hereditate sua, ab integro. In Ueiga, iuxta Pereta, diuisa de Ceth Adefonsiz et de Scemena Adefonsiz et de Monnio Adefonsiz, cum omni hereditate sua. In Porta, in Rianno, diuisa de Gonterote Alfonso, cum domos et hereditate sua, ab integro. In Uilla Uerde, iuxta annis Estula, diuisa de Gonterote Alfonso, ab integro. Omnia ista concedimus post partem Sancti Saluatoris, necnon Sanctorum Facundi et Primitiui et Diaco Dei gratia abbati, regente loco Sancti Saluatoris sub eius dominio domnus Bernardus prior, cum suos exitus, terris, uineis, pratis, pascuis, montes, fontes, aquis aquarum cum aquaductibus earum, ab integro.

Si quis uero, tam de nostris quam de extraneis, hanc scripturam nostram infringere conauerit quomodo pariat quantum in cartula resonat in duplo uel triplo et a parte regia mille solidos de argento.

Facta carta testamenti III^o nonas marcii, era I CXXXIII^a. Nos uero Cet Alfonso, Gonterote Alfonso, uenimus in aula Sancti Saluatoris tu dent nobis quandiu uireximus anona secundum taxauimus cum priore Bernardo. Ego Gunterote Alfonso et Ceth Alfonso has uillas, sicut superius resonat, confirmamus et corroboramus tu seruiant Sanctus Engratia et ad Sancti Stephani, estra illas uillas La Porta, Uilla Uerde, Uilla Ueiga, tu uendamus et donemus et faciamus inde quicquid uoluerimus. Regnante rege Adefonso

in Toledo, una cum uxore sua regina Berte. Gomiz Gonsaluiz armiger regis
conf. Ego Xemena Alfonso, una cum sororibus meis Zet Alfonso.
Gonterote Alfonso, cum filiis et cum subrinis nostris, in hanc cartulam
testamenti quam fieri iussimus signum roboram(signa)uimus. Bernardus
archiepiscopus Toletanus conf. Petrus episcopus Legionensis conf. /(2^a
col.) Raimundus episcopus Palentinus conf. Martinus episcopus Ouetensis
conf. Petrus Ansuriz comes conf. Fernando Uermudiz conf. Pelagio Petriz
conf. Romanus Petriz conf. Romanus Petriz conf. (sic). Bellito testis.
Uermudo testis. Ruderico testis. Petrus notuit et conf.
Colección Diplomática del Monasterio de Sahagún. Marta Herrero.